Vid voueam veſtre, Neonymphi, maius Amori,
Cuius FELICIS feſta futura die?
Illum FELICEM quàm IOVA vt ſiſtat vtriq;
Veſtrum, multiiugis accumuletq; bonis.

εὐφημίας ἕνεκα ipſo die Hilarÿ
perſcriptum à M. Nicol.
Rhoſtio eccleſiæ Ge-
nenſis Diacono.

II.

QVarta & dena dies IANI ſe tollit ab ortu,
Atq́ ſuis Vrnam Phœbus adurit equis.
Heſperiasq́ petunt fului vndas terga Leonis
FELICISq́ diem ſidera fauſta ferunt
Dulcis in amplexus, ſummo ſic dante IEHOVA
BARTHOLOMAEE tuos cum CATHARI-
NA venit.
Cum CATHARINA venit IACOBO nata PHI-
LIPPO;
Phœbeâ morbos qui leuat arte graves.
Qui ſatus eſt magno medicorum principe IANO,
Auſpicijs cuius noſtra *SALANA* viget.
Quem Comitem norunt Romana Palatia, ſummum
Cæſare *FERDNANDO* contribuente Decus.
Ergò felicem nimium ſe quiſq́ vocabit,
Quòd tua ſit tanto nata virago viro.
Et quia jura tori Felicis luce celebras,
Principium felix cum Medio illud erit.

Nam